Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mabat ante se visum vidé. Transeuntes autē primā
et secundam custodiam: venerunt ad portam ferre
am que ducit ad ciuitatem que vltro aperta est. Et
exeuntes processerunt vicum vnum: et continuo
discessit angelus ab eo. Et petrus ad semetipsum dixit
nunc scio vere quia misit dominus angelum suum
et eripuit me de manu herodis et de omni expectatio
ne plebis iudeorum. Gē. Constitues eos principes super
omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣. pro patribus tuis
nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Tu es petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Beatus es simon
petre quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis.

Petre summe pastor et paule gentium doctor. Ecclesiam tuis
doctrinis illuminasti. Per te nobis per precatus ad nunc
vestre. Nam dominus petre celorum tibi claues contulit. Arma
genium beatum ihesus te scit suum vasque electum. Mare planca
te petre ihesus consultare tue dedit cantata. Umbram tui corpus
infirmis debilibusque fecit medicinam. Octilogos philosophos
te paule ihesus dat viuere sua voce. Multiplices victorias in pau
le ihesus per populos acquisiuit. Postremo victis omnibus barbaris
ad aureum suum populus colunus gentiuos discordes sibi
gum xpi pacatos iam coactum. Ibi victorias veritas principis
apostolorum prelijs plurimis victores discordes te petre et paule
ad dixerat pene mortis. Tetrix allocat te vero gladius
cruentus nuntiat xpo. Secundum matheum 16

In illo tpe. Venit ihesus in partes cesaree philippi
et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicit
homines esse filium hominis? At illi dixerunt alij
iohannem baptistam. alij autem heliam. alij vero ieremiam aut vnum ex prophetis. Dicit illis ihesus. Vos autem